

rigendo, sed de retractando, favore ætatis, quod legitime gestum est sed meminisse oportet, hac de re esse apud nos dict. l. 23. tit. 4. p. 3. ubi caveatur, reductioem ad arbitrium boni viti esse postulandam apud Iudicem ordinarium loci, ubi arbitrarium est, & hoc approbant per illum textum, Barbof. supr. Greg. Lop. ibi Hermos. in l. 9. glos. 9. nu. 12. tit. 5. part. 5. & alii supra laudati.

Ibi: *Quinto, probatur ea ratione.*

De hoc latè Carleval. supr. dict. disput. 2. à nu. 203, & diximus jam ad cap. 4. sub. ver. Verum ut res, num. 26.

Ibi: *Ex quibus apparet, agentem ex l. diffamari.*

- 33 Utens remedio l. diffamari, comparere debet coram Iudice, apud quem ipse convenitur, si actor iudicium inchoaret, secundum receptiorem doctrinam; pro qua, ultra adductos in presenti, Gregor. Lop. in c. l. 46. glos. 3. Argel. de legitim. contradi. quest. 3. art. 6. nu. 190. Marant. in specul. part. 4. dist. 21. nu. 19. Pacian. dict. c. 56. nu. 24. vers. Si d. in contrarium, Anton. Gabr. commun. libr. tit. titul. de actionib. conclus. 8. nu. 41. Ponte decis. 31. per totum, Cyriac. tom. 1. controvers. 161. Mensinger. cent. 6. observat. 90. Cagnol. supra, nu. 9. Contard. ibidem, quest. 1. num. 2. Seise decis. 115. à nu. 5. Gattier. dict. conf. 51. à nu. 10. Paz dict. §. 1. in fine, Villadiego dict. nu. 108. Rota decis. 236. part. 1. Tusch. supr. conclus. 413. nu. 2. Capyc. decis. 18. Ursill. in addit. ad Affl. his decis. 268. Trentacinq. nu. 6. ver. Cum hæc agitur, Cacheran. decis. 150. Gratian. dict. cap. 85. & alii apud Capyc. decis. 89. nu. 5. lib. 1.

Ibi: *Etsi contrarium nempe utentem remedio.*

- 34 Sed quod adeundus sit Iudex ejus, qui ad iudicium provocatur, contra prædictos sentiunt Carleval. dict. disput. 2. nu. 202. Franchis decis. 657. Tondut. dict. cap. 8. nu. 3. etsi obscure loquatur, Gagliard. de juram. §. 4. nu. 29. Boër. dict. quest. 255. num. 7. Abbas in c. p. cum inter, de except. Deci. conf. 487. & conf. 686. in fine, Parisi. in cap. in presentia, nu. 19. de probat. Mausoni. de caus. executiv. lib. 1. quest. 7. ampliatur. 40. à nu. 2. Quod ea ratione defendi potest, quia iudicium, in quo reus intendit, ut actor experiri compellatur, aut ei silentium imponatur, aliud est, ac distinctum ab eo, quod sequitur, si provocatus diffamator agere velit, ut observant Carleval. supr. Gail. practic. observation. lib. 1. observat. 11. nu. 2. cum aliis, quare in primo, cum reus originarius actoris vice fungatur, forum ejus, contra quem agit, sequi tenetur. In secundo autem: actor originarius adibit Iudicem diffamati. Quo servabitur in utroque juris regula, ut actor rei forum sequatur, de qua in cap. cum sit generale 8. de for. competunt. Atque ita alter erit Iudex causæ præparantis, & alter causæ præparatæ; absque eo, quod obstat commune axioma juris: ut scilicet Iudex causæ præparatæ, sit etiam causæ præparantis, deductum ex l. ordinarii 13. Cod. de rei vendicat. cujus miminere Tondut. de prevent. judic. part. 1. cap. 24. nu. 1. vers. Item quia, Post. de manuent. observat. 6. nu. 3. Carleval. cum plurimis dict. disput. 2. nu. 204. Quoniam regula illa solum procedit; ubi aliàs Iudex est compedens ad utramque causam; tunc ibi finiri debet iudicium

præparatum, ubi præparatorium est inchoatum; etenim propter connexionem, quam inter se habent, etsi duo sint; idem servatur, ac si esset unicum; juxta l. ubi acceptum 30. ff. de judic. Sed sola cognitio causæ præparatæ non præstat jurisdictionem, ipsam non habenti ad causam præparatam, ut in casu dict. l. diffamari, in quo cum diversi sint rei, si ejusdem fori non fuerint, Iudex diffamatoris solum est competens ad præparatorium, & Iudex diffamati ad præparatum, ut colligitur ex Cyriac. controvers. tom. 2. controvers. 381. à nu. 50. qui asserit, causæ continentiam dividi, quoties rei sunt fori diversi; Rimin. sen. conf. 464. nu. 26. Schrader. conf. 24. sub. nu. 69. vol. 2. Unde hæc sententia, etsi non tam communis habeatur, nec usus recepta, quam contraria; jure sustineri ita potest.

Ibi: *Ex quo & Alexander dict. conf. 103.*

Alexandrum sequuntur Cyriac. dict. controvers. 37. 161. nu. 3. Contard. & Cagnol. ubi proximè, asserentes, Clericum, vel Episcopum, qui se jactaverit ad sæculare Tribunal, ex d. l. diffamari, trahi posse; Cancer. nu. 62. Trentacinq. nu. 6. in fine, Capic. d. decis. 18. Quoniam per diffamationem 38 provocat laicum ad iudicium, seque ad litigandum coram legitimo Iudice rei astringit; Tusch. d. concl. 411. nu. 5. Salycet. & Castr. in l. un. c. ut nemo in vit. Gratian. supr. nu. 14. Trentacinq. n. 6. vers. Prima est.

Ad Num. 6.

Quoties reus duplicem forum habet jure communi, actor eligere poterit, in quo velit adversarium convenire; Carleval. cum multis, dict. disputat. 2. 152. Marant. in l. si actor, num. 33. ff. de procuratorib. Paz in prax. tom. 1. temp. 1. num. 67. Cebed. Lusitan. decision. 54. nu. 2. part. 1. Tondut. supr. part. 2. cap. 42. nu. 11. Sed si ex privilegio reus plures Iudices habuerit, ipsius est electio; Cebed. & Marant. ibidem, D. Covarruvias praticar. 40. cap. 7. nu. 5. vers. Sexto deinde, in fine, Bald. in l. cum Clericis, C. de Episcop. & Cleric. Carleval. qui alios refert, supra, nu. 608. Barbof. in collectan. ad cap. dilecti, nu. 12. de for. compet.

Ibi: *Quod si reus proponat in iudicio.*

Ubi actoris; qui diffamavit; est electio, etiam si reus diffamatus unum Iudicem adeat, causa ad eum, quem voluerit diffamator, remittetur; quod docent Tusch. d. concl. 412. num. 5. Cagnol. supr. num. 10. vers. Secunda dubitatio, Tondut. dict. c. 8. num. 4. Paz ubi proximè, nu. 69. & communiter DD. Non enim amittit jus; sibi ut actori competens, quamvis inuitus ad iudicium trahatur. Quicquid sentiat Trentacinq. nu. 7.

Ibi: *Nam si de eo solum ageretur.*

Hic D. Covarruvias concedit unum esse Iudicem 42 causæ præparatæ; & alterum præparantis; quod est notandum ad dicta nuper. n. 34. cum seqq.

Ad Num. 7.

Remedium l. diffamari, commune est causis omnibus, tam civilibus, quam criminalibus, quod omnino in praxi receptum est: & licet Sarmient. dict. lib. 1. selectar. cap. 2. contendat, de jure solum habere locum in causa status; contrarium Interpret-

tes concordati calasio firmaverit, præfatam conclusionem comprobantes; Anton. Gom. dict. tom. 3. variar. c. pit. 1. num. 17. 18. ubi alios laudat, Pichard. in manduction. dict. §. 4. nu. 47. Paz dict. §. 1. nu. 5. cundo, Molin. dict. cap. 14. à nu. 23. Ioan. Garc. de nobilit. glos. 47. à nu. 17. Par. Molin. de just. & jur. disputat. 639. col. fin. Villadiego. d. et. num. 208. Ouald. ad Donell. lib. 17. cap. 4. lit. G. Gregor. Lop. in d. l. 46. glos. 2. Gattier. supr. nu. 5. Tusch. dict. concl. 412. numer. 2. Trentacinq. nu. 1. Natta in d. Clement. sup. de verbor. signific.

Ad Num. 8.

- 44 Idem docent Molin. supr. nu. 28. 29. ubi rectè ait, maximam nocentiam fieri de præfenti successori majoratus ex diffamatione possessoris jactantis, primogenium post mortem suam ad illum non preventurum; nam intuitu futuræ successione solent uxores nobiles, divitesque reperire successores, communique æstimatione honorantur; quare æquissimè uti auxilio dict. l. diffamari, permittitur, Gattier. conf. 11. nu. 1. Arias Pinel. in l. 1. part. 3. nu. 78. C. de bon. mater. Padilla in l. 1. num. 30. C. de fid. commis. Ant. Gom. in l. 40. Taur. num. 79. Gregor. Lop. in l. 1. nu. 2. par. 3. Valasc. consult. 184. à nu. 4. Sarmien. d. et. cap. 2. & lib. 7. cap. 6. D. Francisc. de Leon, Valent. dec. 33. num. 14. 15. Perera d. et. 72. per totam, & decis. 129. num. 2. faciunt tradita latissime per D. Larrea, licet diverso casu loquatur, Granulen. d. et. 38. per totam. De aliis quæstionibus, ad d. l. diffamari, attentibus, consulas Trentacinq. supr. qui sedecim cumulavit.

AD CAPUT XIX.

De revocatione donationis inofficiosa, vel ex l. si unquam, 8. D. de revoc. donat.

SUMMARIUM.

- 1 DD. de materia agentes recensentur.
- 2 Donatio facta extraneo non liberto, an revocetur in totum ex l. si unquam, C. derevoc. donat. filiorum natiuitate? refertur, negativa. Traditur contraria verior.
- 3 Id quod verosimiliter responderet disponens interrogatus, habetur pro expresso in dispositione.
- 4 Donatio facta extraneo ab existimante filium, quem habebat, obiisse; errore detecto, revocatur.
- 5 Ubi donans de futuris cogitasse liberis comprobatur, non est locus dict. l. si unquam.
- 6 Filios habens si donet, aliis supervenientibus, non est revocanda ex dicta constitutione donatio.
- 7 Fallit, si proles existens tempore donationis odio à patre habebatur.
- 8 Si donetur ab habente filios naturales, vel adoptivos; legitimis & naturalibus natis, donatio revocatur.
- 9 Partus ita editus, ut naturaliter vivere non possit, donationem non revocat.
- 10 Quo tempore, si nascatur infans, vitalis non sit remissivè.
- 11 Renunciatio specialis dict. constitutionis impedit donationis revocationem.
- 12 Donatio ob causam filiorum natiuitate non retractatur.

Faria addit. ad Covar. Tom. 2.

- 13 Nec remuneratoria.
- 14 Donans extraneo, non presumitur de filiis cogitare.
- 15 Melius est in dubiis favere repetitioni, quam adventitio lucro.
- 16 Donatio facta ab eo, qui de liberis cogitavit, revocatur dumtaxat quoad legitimam supervenientium.
- 17 Revocatio ex dict. l. si unquam contingit ipso jure, & vivente donatore.
- 18 Auxilium dict. constitutionis solum competit, si filius legitimus donatori nascatur.
- 19 Quid de legitimo per subsequens matrimonium.
- 20 Filius legitimatus in articulo mortis per subsequens matrimonium in fraudem non revocat donationem.
- 21 Filius incapax successionis, cum pater donat? si per subsequens matrimonium postea legitimus fiat, revocat donationem.
- 22 Filius legitimatus per rescriptum Principis, ad revocandum donationem non proficit.
- 23 Utrum filius naturalis revocet donationem à matre factam, d. l. si unquam.
- 24 Renunciatio legitime juxta formam cap. quamvis pactum, filiorum natiuitate non revocatur.
- 25 Primogenitus si majoratum renunciet, prole suscepta, renunciatio retractatur.
- 26 Ex d. l. si unquam dominium rei donatæ ipso jure ad donatorem revertitur.
- 27 An donationes causa mortis, & legata, ex d. constitutione per filii natiuitatem revocentur? Remissivè.
- 28 Si donator post revocationem donationis, cum possidet, non manifestavit voluntatem revocandi, an ex hoc donatio reviviscat?
- 29 Donatio filio facta solum quoad legitimam postea naturam infringitur.
- 30 Donatio facta filio naturali num nato legitimo, in totum revocatur?
- 31 Natura, quoad paternum amorem, differentiam inter legitimos, & illegitimos filios non statuit.
- 32 Donatio filio adoptivo facta, natis legitimis, & naturalibus in totum irritatur.
- 33 Donatio facta filio, aliis postea natis, revocatur etiam quoad Tertium, & Quintum, secundum aliquos.
- 34 Melioratio fieri aut gravamen imponi non potest, unico existenti filio.
- 35 Si tempore meliorationis multi erant liberi, & cum parens moritur, unicus filius reperitur, illa corrumpit.
- 36 Habens filium unicum, nepotem ex eo potest meliorare.
- 37 Etiam si & nepos unicus sit.
- 38 Obtinens Regiam facultatem ad constituendum majoratum in filio, non potest nepotem primo loco vocare ad successionem, filios invito.
- 39 Impetrata facultate ad majoratum constituendum in uno ex filiis in ea nominatis, nequit primum vocare nepotem ex ipsis parens.
- 40 Donatio facta filio unico non retractatur quoad Tertium, & Quintum, aliorum natiuitate.
- 41 Donationem Ecclesie factam non revocari, nisi quoad legitimam, filii natiuitate, qui doceant?
- 42 Potior est filius Ecclesie in bonis patris etiam ultra legitimam.
- 43 Filius non debet legitimam ex bonis patris ipsius ascendentibus.

- 44 Monasterium testamentum non infringit Religios, licet se prateritum invenerit.
- 45 Monasterium, quod quis ingreditur, non est Religioso loco filii, nisi in casibus à jure expressis.
- 46 Monasterium habetur loco filii, ut excludat substitutum in casu cap. in presentia, de probat.
- 47 Si testator expressim caverit, ne Monasterium excludat substitutum, ipsius voluntas servabitur.
- 48 Si puella legentur ducenta, si nupsit; & centum, si religiosa fiat, ducenta debent ipsi Monasterium ingressa, qui doceant?
- 49 Decisio l. Titia 99. ff. de condit. & demonstr. in viduis hodie non observatur.
- 50 Condicio abstinendi à nuptiis, si viduis apponatur, non rejicitur.
- 51 Vidua hoc in tractatu qua dicitur.
- 52 In casu proposito supra n. 48. voluntas testatoris est omnino servanda.
- 53 In claris non est locus conjecturis.
- 54 Condicio viduitatis rejicitur adversus manifestam desinendi voluntatem.
- 55 Legatum àlii relictum, si nupsit; consequitur, si religionem ingrediatur.
- 56 Fallit, ubi constat de contraria voluntate desinendi.
- 57 Sacris initiatus legatum sub conditione in eundem matrimonium lucratur.
- 58 Quid si legataria fiat Tertiaria.
- 59 Legatum generaliter pro virginibus maritandis, an possit Religionem ingressis applicari?
- 60 Legatum sub conditione, si non nupsit, percipit nubendo legataria.
- 61 Interest publicè, matrimonia frequentari.
- 62 Vidua nubens amittit legatum sibi relictum sub conditione, si non nupsit.
- 63 Quoties causa pia est substituta, utrum condicio viduitatis sit implenda, ut legatum queratur?
- 64 Licet relinquens sub conditione viduitatis, exprimat, ut nubenti nihil praestetur, debetur legatum.
- 65 Expressum dicitur, quod ex verbis manifestè colligitur.
- 66 Taciti, & expressi idem est iudicium.
- 67 Expressio ejus, quod tacitè inest, nihil operatur.
- 68 Conditione apposita, ut Religiosus, aut Presbyter fiat, non debetur relictum nubenti.
- 69 Condicio vivendi continenter rejicitur, & matrimonium iniens relictum sub ea capit.
- 70 Utrum consequatur relictum sub conditione ingrediendi religionem, Tertiarius Ordinis D. Francisci?
- 71 Quae desiderantur, ut Tertitarii gaudeant privilegiis Religiosorum.
- 72 Conditiones specificè sunt implenda.
- 73 Legatum sub conditione ingrediendi Religionem an debeatur assumentis habitum Ordinis Militaris?
- 74 Equites Ordinum Militarium utrum sint veri Religiosi? remissive.
- 75 Verba secundum communem loquendi usum accipi debent.
- 76 Vovens ingredi Religionem, non satisfacit, assumpto habitu Ordinis Militaris.
- 77 Qui promisit ingredi Religionem, si in aliis non recipiatur, Militarem ingredi non tenetur.
- 78 Ad percipiendum legatum sub conditione Religionis, sufficit ingressus, si fraus absit.

- 79 Legatum sub conditione Religionis irreparabiliter amittitur, matrimonio inito post diem legati cedentem, vel delatam successionem si hereditas ita relinquatur.
- 80 Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale non tenet, si ratio diversa reperiatur.
- 81 Utrum capiat relictum sub conditione non ingrediendi Religionem, qui contra facit?
- 82 Monasterium non excludit substitutum, si ex conjecturis constat, desinendum ita voluisse.
- 83 Ratio decidendi ad Authen. de Sanctis. Episcop. §. sed & hoc presentis, remissive.
- 84 Si testator caverit, ut substitutus admittatur, nisi institutus reliquerit filios veros, & ex corpore natos, an monasterium quod ingreditur institutus, substitutum excludat.
- 85 Resolvitur affirmative.
- 86 Monasterium incapax successionis nunquam substitutum excludit.
- 87 Quando monasterium capax successionis non excludit substitutum, à quo tempore bona huius querantur.
- 88 Quid si institutus ingrediatur Societatem Iesu?
- 89 Donatio facta Ecclesiae revocatur in totum per filiorum navitatem ex l. si unquam.
- 90 Explicatur cap. quicumque, 17. q. 4.
- 91 Donatio facta Ecclesiae pro exoneranda donatoris conscientia, nulla ex parte, filiis supervenientibus, revocatur.
- 92 Differentia inter remedium l. si unquam, & l. 1. C. de inoffic. donat.
- 93 Inofficiosa donatio qua sit.
- 94 Fratres revocant donationem, ut inofficiosa, turpi persone factam.
- 95 Et non quoad legitimam, sed in totum.
- 96 Quod tempus jure Regio inspicitur ad dignoscendum, utrum sit inofficiosa donatio.
- 97 Quid jure communi.
- 98 Donatio inofficiosa consilio, & re, in totum revocatur, quoad legitimam tantum.
- 99 Donatio quando censetur re, & consilio, inofficiosa.
- 100 Fraudandi animus praesumitur, quotiens habens liberos immensam facit donationem.
- 101 Heres donatoris non potest donationem in totum revocare, sed usque ad legitimam.
- 102 Filius, cui aliquid à patre datur nequit inofficiosa donationem revocare.
- 103 Revocata, ut inofficiosa donatione, fructus ex re donata percepti num debeant restitui? remissive.
- 104 Donatio etiam remuneratoria, ut inofficiosa potest revocari.
- 105 Ius ad revocandam donationem pro legitima, vel ejus supplemento, triginta annis durat, sed ad revocandam in totum, quinquennio extinguitur.
- 106 Quae quantitas donata locum faciat l. si unquam iudicis relinquatur arbitrio.
- 107 Et si pretio aestimabile non sit quod donatum est, constitutio d. l. si unquam, locum habet.
- 108 Legitima filiorum qua sit.
- 109 Quae Ascendentium.
- 110 Quae fratrum, & quando debeatur?
- 111 Quae dicatur turpis persona, ut ea instituta à fratribus legitima sit praestanda.

DE contentis sub hoc capite, fuse differunt Tiraquel. in l. si unquam. C. de revocand. donat. Hermos. in l. 8. tit. 4. p. 5. Pet. Francisc. Tondut. qu. civil. c. 54. Anton. Fab. in suo Cod. lib. 8. tit. 56. de revocand. donat. Berengar. Fernand. in d. l. si unquam. Mercurial. Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 1. quest. 21. Cardin. Tusch. lit. D. conclus. 684. & 685. & 712. Pat. Molin.

- lin. de just. disput. 282. & 283. Ripa in d. l. si unquam. Cancr. variar. part. 1. c. 8. ex n. 120. & c. 24. n. 14. cum aliis, Trentacinq. Variarum lib. 3. tit. de donat. resolut. 4. Jul. Clar. lib. 4. receptor. sententiar. §. donatio, q. 22. cum sequentibus.
- 2 Sentiunt aliqui, donationem factam extraneo non liberto ab eo, qui liberos non habeat si postea illi nascantur, revocari duntaxat, usque ad legitimam natis debitam; reliquo penes donatorem permanente; qui decisionem l. si inquam 8. C. de revocand. donat. ubi in totum revocari donatio dicitur, restringunt ad casum ibi expressum, quando scilicet donatum est libertis donatoris; ita Gloss. in l. si liqueat. C. de inoffic. donat. Bald. in Aubent ex causa, col. 3. vers. Item non obstat. C. de liber. praterit. Angel. in Aubent. de immens. donat. in si fact. in princip. col. 2. Castrenf. in l. Titia Sejo §. Imperator. ff. d. legat. 2. Paul. Pic. in l. post contractum, col. 2. ff. de donat. Natta consil. 125. volum. 1. & alii apud Anton. Fabr. conjectur. lib. 7. c. 15. Joseph. Rustic. in commentar. ad l. cum avus, lib. 1. ca. 18. num. 36. ff. de condit. & demonstrat. Gerard. Mainard. decis. Tolosan. 12. n. 1. lib. 5.
- Contrarium; scilicet quod in totum eo casu donatio revocetur, ut verius, ac communius tenendum est cum Gloss. verbo quidquid, in d. l. si unquam, l. 8. tit. 4. part. 5. & ubi Gregor. Lop. gloss. 4. Tiraquel. pluribus laudatis, verbo, Totum. à n. 1. Bart. in d. l. Titia Sejo, §. Imperator, n. 1. Guttier. de jurament. confirmat. part. 1. cap. 9. n. 1. Cancr. d. l. cap. 8. n. 125. Molin. d. l. disput. 282. n. 4. Grat. Falcon. reg. 150. n. 1. Merlin. d. l. quest. 21. un. 3. Mangil. de impunitat. quest. 99. n. 1. Anton. Gom. variar. lib. 2. ca. 4. n. 11. Hermosilla in d. l. 8. Partitæ, gloss. 4. n. 1. & gloss. 11. n. 1. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 3. n. 19. Jul. Clar. d. q. 22. n. 3. & q. 23. n. 1. ubi de donatione jurata, de qua Molin. n. 7.
- Extraneus autem in hoc tractatu dicitur omnis, qui ex descenditibus non est; Cancr. c. 122. vers. Extranei: Ant. Gabr. commun. lib. 3. tit. de donat. cont. 2. n. 10.
- 3 Ratio est, nam quoties in dispositione aliquid non exprimitur, de quo si disponens fuisset interrogatus verosimiliter responderet; id pro expreso habetur? l. Titius 27. §. Lucius. ff. de liber. & posthum. l. cum pater 79. §. cum existimaret. ff. de legat. 2. l. cum avus 101. ff. de condit. & demonstrat. Gloss. communiter recepta, l. tale pactum, 41. §. fin. ff. de pact. Anton. Gomez in l. 4. Taur. n. 7. Parlador. rer. quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 11. num. 11. Tiraquel. in d. l. si unquam, in princip. n. 15. Menoch. cons. 193. n. 28. Quare cum ex paterno amore credatur, ut si pater interrogatus esset, dum donabat extraneo, an vellet donationem revocari, si filii ei nascerentur? responderet quod sic; argumento d. l. cum avus; & l. generaliter 6. C. de instit. & substit. talis condicio pro expressa habetur, quae verificatur navitate filii; sicque ex voluntate donatoris donatio revocatur; Menoch. concil. 84. nu. 60. Molin. ubi proxime, n. 2. Guttier. sup. num. 2. Anton. Gom. d. l. cap. 4. n. 11. Hermosill. d. l. gloss. 4. n. 2. 3. & alii communiter, qui hanc rationem tradunt.
- 4 Ex quo etiam locum habebit dicta l. si unquam, cum pater putans, filium, quem habebat, mortuum fuisse, donavit, nam errore detecto, talis filius tanquam de novo natus donationem revocabit? Tiraquel. supra, verbo, filios habens, n. 15. 19. Moz. de contractib. c. de donat. tit. quomodo annullat. donat. n. 71. Osuald. ad Donell. lib. 14. c. 32. lit. A. Hermos. supra, gloss. 1. in fine. Tondut. quest. civil. cap. 54. n. 19. Ripa in d. l. si unquam, quest. 5.
- 5 Inde deducitur, quod si donator tempore donatio-

nis de futuris liberis cogitaret, esset que nihilominus donaturus, non erit dicta constitutioni locus, Pat. Molin. n. 6. Clar. n. 2. Tiraquel. in praefat. num. 63. 84. Osuald. d. l. cap. 32. lit. B. Guttierrez supra num. 3. & alii multi apud Hermosill. gloss. 2. n. 1. Qua propter si quis filios habens; extraneo doner, etsi postea alii nascuntur; non revocabitur, ex d. l. donatio. Tusch. d. l. conclus. 712. n. 3. Clar. n. 3. Tondut. d. l. cap. 54. num. 20. Tiraquel. d. l. verbo, filios non habens à principio, Gregor. Lop. in d. l. 8. gloss. 1. Vivi. decis. 44. à num. 3. Nisi proles nata parenti sit odiosa, tunc enim, aliis nascentibus filiis, donatio revocabitur; Castrenf. in l. 1. C. de inoffic. testam. Anton. Fab. in C. de libr. 8. tit. 56. definit. 8. n. 6. Gregor. Lop. ubi proxime, Hermos. d. l. gloss. 1. n. 4. cum aliis. Idem juris erit, si filii sint illegitimi, vel adoptivi, nam legitimi, & naturales supervenientes infringent ex praefata constitutione donationem, cum magis digni sint paterna dilectione; argumento d. l. generaliter, in fine, & d. l. 8. partitæ. Ita docent Cyriac. tom. 1. controvers. 9. n. 70. Bernard. Diaz reg. 213. limitat. 1. ubi Salzedo, Tiraq. verbo, suscepit liberos, n. 56. de quo Hermos. gloss. 7.

Præterea non revocabitur donatio, si utilitatis partus non sit; nam etsi de huiusmodi filiis donator cogitasset, non idè à donatione abstineret; Tiraq. d. verbo, suscepit, liberos, à n. 205. Hermos. gloss. 11. n. 10. 11. Et quo tempore partus editus naturaliter vivere non possit, tractant Costa de quota, & rat. q. 150. n. 91. Mangil. supra q. 97. n. 26. 27. Torrelblanca in epitom. delictor. in quib. apert. vel occulte. l. 2. c. 3. à n. 14. Robles de Salzed. de representat. lib. 1.

Eadem ratione non infirmabitur donatio filiorum in navitate, si specialiter beneficio illius constitutus per donatorem renunciatur, cum eo casu de futuris filiis cogitatum fuisse nequeat dubitari, Merlin. d. q. 21. n. 22. 23. Cevall. quest. 104. Jul. Clar. d. l. q. 22. n. 4. Pat. Molin. supra, n. 6. Tiraquel. in praefat. à n. 88. Anton. Gom. d. cap. 4. n. 11. in fine, Cujaci. l. 20. observat. c. 5. Baez. de non melior. dot. caus. filiab. c. 29. n. 11. Hermos. gloss. 2. à nu. 7. Ripa supra, q. 51. Quam renunciationem non tenere, si non paucis placeat, quos refert Clar. ac sequitur Cutel. de donat. contemplat. matrimon. tom. 2. tractat. 2. dist. 1. special. 3. n. 8. vers. Ego verò.

Sustinetur etiam, ea lege non obstante, donatio 12 ob causam facta, quatenus donatum adæquatur valori causae; imò nec in excessu vitabitur, si arbitrio Judicis ita modicum sit, ut donaretur, etsi de liberis fuisset cogitatum; Tiraquel. verbo, donatione largitus, n. 151. cum aliis, Anton. Gabr. commun. l. 3. tit. de donat. conclus. 2. n. 4. Vivi. dec. 404. num. 21. Molin. de primogen. l. 2. cap. 3. n. 39. Hermos. gloss. 3. n. 10. Idem est de donatione reciproca, Tiraq. à n. 110. Hermos. n. 15.

Ultimò idè dicendum est de donatione remuneratoria, quoad meritis correspondet, Menoch. cons. 29. num. 7. Tiraq. verb. donatione largitus, n. 79. Joan. Garc. in tract. de donat. remunerator. nu. 10. Castill. quotidianar. lib. 3. cap. 4. numer. 43. Falc. d. l. reg. 150. à num. 26. Quod verum est, si ve munera obligationem produxerint, quae in iudicium deduci possit; si ve solam antidotalem, licet de hoc ultimo variae sint sententiae, de quibus per Hermosill. gloss. 3. à numer. 11. ubi plures pro utraque refert, verus tamen videtur, quod praediximus; neque enim credendum est, quatenus propter liberorum cogitationem à remunerationis beneficiorum abstinuisse ex gratitudine, ac natura-